



Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1604

Martyrvm S. Thelesphori Papæ quo coronatus est Anno Christi Saluat.
154. sub Antonino Pio Imp. Anno eius Imperij 15. Antè scripta[m] à Iustino
Apologiam, & promulgatum pro Christianis edictum. Ex eo ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-42667

100 MARTYRIVM S. THELESPHORI

MARTYRIVM S. THELESPHORI p
p quo coronatus est Anno Christi Saluat. 154. sub
Antonino Pio Imp. Anno eius Imperij 15. Ante scriptum
à Iustino Apologiam, & promulgatum pro Chri-
stianis editum. Ex eo quod extat apud
Cæsar. Baron.

Tom. 2. An.
eccles.

5 Ianuarij.
Ex Eremita
fir summus
Pontifex.
Ab Aposto-
lis quadra-
geſimale ie-
zium in
ſituum fuiſ-
ſe præclare
doctet. C. S.
Baro. Ann.
Tom. 1.
Hæc accipi-
enda ſunt
(teſte C. Bar.
Ann Tom.
2.) de his
quæ frequē-
tiori viu in
ecclesia fer-
uabantur, cu
alioqui mul-
titudine conſer-
vante. exem-
plis in
ſacris vigi-
liis noctuſa-
criſticiū of-
ferri cōſue-
uit. Ordinatio-
nes eius. Genus mar-
tyrij eius i-
gnoratur.

THeleſphorus natione Græcus, eximia vita
sanctimonia clarus, post dura eremi certa-
mina, ex Anachoreta, ſummus in terra Chri-
ſti vicarius factus est: Successit Sixto I. Pontifici
propaganda ornandæq; ecclesia vigilans
mus. Qui quadrageſimale iezium in
Apoloſtoli institutione in ecclesia introductum & exemplo
& doctrina confirmavit, rituque sanctissimo cu
ab omnibus tum præcipue à Clero obſeruandum
decreuit. Sanxit præterea, vt in natali Christi ſal-
uatoris tres Miffæ celebrarentur. Nam antè qui-
dem, Sacroſanctum Miffæ officium, non niſi poſt
horæ tertiaræ decurſum peragere, in ecclesia statu-
tum erat. Præcepit etiā hic vir diuinus, vt in Miſ-
ſarum ſolemijs diebus celebrioribus Hymnus
angelicus diceretur. Denique præter alia, quibus
Eccleſiam decorauit, egregiopietatis ornamenti
ordinationes quatuor, per menſem decembrem
rite peregit. In quibus Presbyteros duodecim, Di-
aconos octo, & Episcopos per diuerſa loca tredic-
im consecrauit. Sicque & vitæ sanctimonia &
bonorum operum gloria, clarissimus, poſt pluri-
mos, annis vndeциm, mensibus nouem, & diebus
tribus, exantlatos lobores, felici crnore asperfus,
ad cœleſtem patriam, magno bonorum omnium
gemitu, migrauit. Corpus eius in Vaticano iuxta
Principis Apostolorum conditum est.

VITA